

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 86. Priorum edictorum Apologiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

„siaſticæ, Regni, & quietis publicæ **Sæcul. XVI.**  
„perturbatores castigentur., Ceterum **A.C.1591.**  
hoc edictum nonnisi vigesima secunda  
Decembris, jamjam regnante Clemente  
VIII. Pontifice, promulgatum est.

§. LXXXVI.

*Priorum editiorum Apologiae.*

Priusquam hoc edictum publici juris **Thru. I. 101.**  
fieret, fœderati, cum se accusari  
ægre ferrent, perinde ac si ad tuendam  
suam cauſsam nonnisi armorum poten-  
tiam adhiberent, etiam ad ipsa ratio-  
num momenta recurrebant, hancque  
in rem Recinatensi cuidam Juriscon-  
ſulto nomine Zampino negotium da-  
bant, ut omnes falsitates, quas Cata-  
launensis, & Turonensis Senatus in  
Henrici IV. favorem protulerant, oppo-  
ſito responſo refelleret, simulque Epi-  
ſcoporum edictum Carnuti promulgatum  
confutaret: ergo Zampinus librum edit,  
cui titulus: *responſum ad imposturas a  
pseudo-parlamentis Catalaunensi, & Tu-  
ronensi, ac Carnotensi Conventiculo in Gre-  
gorium XIV., illiusque monitionis literas  
impie confitatas.*

Verum hic Auctor haud feliciori  
ſuccetu, quam in Apologia pro Ca-  
rolo Cardinale Borbonio patruo adver-  
ſus fratris Antonii filium scripta fecerat,  
iniquam cauſam ineptissimis argumen-

*Hift. Eccles. Tom. LI. L tis*

Sæcul. XVI. tis tueri conatus est.

A.C. 1591.

Insuper post edita Turonensis, & Catalaunensis Curiæ edicta alias quidam Scriptor, quem quidam Regni Proceres sollicitarunt, utramque hanc Curiam defendere aggrediebatur, edito hanc in rem libello, qui ceteris omnibus illo ævo elucubratis opusculis jure præfertur, eoquod raris antiquitatum monumentis, atque ampla eruditione abundet, quamvis haud dissimulandum sit, quod Auctor ex suis principiis, quæ stabilire nititur, minus æquas conclusiones deduxerit. Ceterum hunc bellum Henrico de Turre Bullionio Duci nuncupavit, eique titulum sequentem præfixit: *Vindiciæ, ac Principum, necnon Ecclesiarum Christianarum defensio adversus attentata, usurpationes, & Romanorum Pontificum excommunicationes.*

*Mem. de  
la Lig. t. 4.  
p. 400.*

### §. LXXXVII.

*Franciæ Regnum a fœderatis Hispaniæ Regi oblatum.*

*Thu. l. 101.* Cum interea ejusmodi scripta ultro,  
*Davil. l. 12.* citroque spargerentur, bellum tam  
*Mem. l. c.* a fœderatis, quam ipso Rege semper  
*pag. 655.* continuato ardore urgebatur, ac præ-  
 primis Henricus occupata Carnutensi  
 urbe Noviodunum obsedit, brevique ci-  
 ves ad deditonem adegit: verum paulo-  
 post